Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ita audimus; O beata ecclesia quodam tempore audisti; quodam
tempore uidisti; audiuit in promissionibus. uide in exhibitionibus.
audibit in prophetia uide in euangelio: Omnia enim quaemodo
complentur ante a prophetata sunt; Erigo ergo oculos et diffunde
per mundum; uide iam hereditatem usque ad terminos terrae; uide
iam impleri quod dictum est; Adorabunt eum omnes reges terrae.
omnes gentes seruient illi; uide impletum esse quod scriptum
est; Exaltare super caelos deus et super omnem terram gloriatua:
uide illum cuius manus et pedes fixi sunt clauis. Cuius ossa in ligno
pendentia anumerata sunt; super cuius uestimentum sors. missa
est; uide regnantem quem illi uiderunt pendentem; uide
in caelo sedentem quem contempserunt in terra ambulantem;
uide inde impleri commemorabuntur et conuertentur ad dnm
uniuersi fines. et adorabunt in conspectu eius omnes patriae gen
tium; haec uidens exclama cum gaudio; Sicut audiuimus
ita et uidemus; et erit sic uocatur ipsa ecclesia de gentibus.
audi filia et uide et obliuiscere populum tuum et domum patris
tui; pater tuus aquilo fuit. ueni ad montem sion audi et
uide, Non uide et audi, sed audi et uide, prius audi postea
uide; audis primo quod non uides. uidebis postea quod audisti:
Populus enim inquit quem non cognouit seruiuit mihi. In obauditu
auris obaudiuit mihi. si non obauditu auris obaudiuit. ergo
non uidit, et ubi est. quibus non est nuntiatum de eo uidebunt
et qui non audierunt intellegent; ad quos missae sunt prophe
tae ipsi primo audierunt et intellexerunt. prophetae illi
qui primo non audierunt. remanserunt illi ad quos missi sunt
codices ferentes ueritatem non intellegentes. testamentum tabulas
habentes et hereditatem non tenentes; Sicut audiuimus ita
et uidemus. In ciuitate dni uirtutum in ciuitate dinostri.
ibi audiuimus ibi uidemus. et ex illa quid est nec audit
nec uidit. in illa quid est nec surdus nec caecus est. sicut
audiuimus ita et uidemus: et ubi audis. ubi uides. In ciui
tate dni uirtutum in ciuitate dinostri; Os fundauit eam in ae
ternum; non insultent haeretici per partes concisi non se
extollant quidicunt. ecce hic est xps ecce illic; quidicit ecce